

L 19 Eine ungewisse Zukunft

A: „Hoc¹ unum te rogare volo, Flavia: Tunc iam de nuptiis cogitavisti?

Ego cum tua² aetate eram, iam duos annos uxor eram patris³ tui.“

F: „Pater de nuptiis adhuc nihil dixit.“

A: „Num te virginem Vestalem esse vult?

Hem⁴! **Volui** dicere: Certe virum idoneum adhuc tibi quaerit.“

F: „Ego neminem alium volo nisi Quintum.

Si pater me alii viro destinaverit, nuptias recusabo.“

A: „Quid audio? Visne recusare, Flavia?

Patri ius est filiam e sua voluntate nuptum⁵ dare.

Fortasse pater te iam senatori cuidam⁶ destinavit.“

F: „Non est ita.

Patri meo animus benignus⁷ et clemens est.

Si ab eo nuptias Quinti petivero, voluntati meae cedet.“

A: „Sed quid de patre Quinti?

Quid de Quinto? Tene uxorem ducere volet?“

F: „Nescio. Cum id rogare vole**bam**, animus mihi cadebat.

O me miseram!

Cur Quintus amicos vel thermas¹ vel litteras Graecas mihi praefert⁸?

Da mihi, quaeso, consilium utile et bonum, Aemilia!“

A: „Cur non Quinti amorem incitas?

Ostende te asperam, simula te eum non iam velle!“

F: „Hoc¹ nolo, Aemilia.“

A: „Cur non vis, Flavia?“

F: „Censesne hoc¹ aequum?

Nonne Quintum laedam, si ita agam?“

1) **hoc**: das 2) **tuā** (hier): in deinem 3) **patruus**, -ī m: Onkel 4) **hem**: oh! ach! 5) **nūptum dare**: verheiraten
6) **quīdam** (*Dat. cuidam*): einer, irgendeiner 7) **benīgnus**, -a, -um: gütig 8) **praefert**: (er) zieht vor